St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



aliquibus offensionibus exsecramur · sicut iudaei xpō fecerunt ⁊

gratis ⁊
Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste · quę non rapui tunc exsoluebam ⁊

Dicit pro parte membrorum · insipiens enim non potest esse xps · cum dī sapientia esse dinoscitur ⁊

Si tu scis insipientiam meam · & delictamea a te non sunt abscondita ⁊

Non erubescant in me qui expectant te dne · dne uirtutū ⁊

Non confundentur · id est non euacuetur spes credentium de passione mea · sed cognoscant quia uoluntatem tuam facere ueni ⁊

Non confundantur super me · quique runt te ds israel ⁊

Quoniam propter te sustinui opprobrium · operuit confusio faciem meam ⁊

Extraneus factus est xps iudaeis · quando ei credere noluerunt quos hic fratres appellat ⁊ filios matris · ipsos dicit quos superius fratres nominauit ⁊ Sed si filii ueri fuissent · non ut peregrinum sed ut fratrem carissimum xpm suscepissent

Extraneus factus sum fratribus meis · & peregrinus filiis matris meae ⁊

Quoniam zelus domus tuę comedit me · & opprobria exprobrantium tu

Confortati sunt iudaei · quando id quod conabantur efficere implebant ⁊ Reuera iustum fuit · ut qui ueneratur adiudaicos populos saluandos · eos potius inuenisset inimicos ⁊ xps peccata non rapuit · quidelicte nescium · et tamen crucem excepit ⁊ et solut pro nobis · quod prose iuste non pertulit ⁊

Precatur enim xps · ne de se ipso erubescant qui resurrectionem ei ut magno desiderio expectabant ⁊ cum dicit · dne dne uirtutum · ostendit impossibile nihil esse omnipotentiae ipsius ⁊

Sustinuit enim xps obprobrium · cum ei dicebatur a iudaeis ⁊ In beelzebub eicit demonia ⁊ Operuit confusio faciem meam · quando negauerunt apostoli ⁊

Comedebat eum zelus domus dī · quando eam fecerunt spelunca latronum ⁊ expro brantium est patri ab eis · quando dicebant · hi sunt dii tui qui eduxerunt te ⁊ qui expro brant patri · expro brant et filio ⁊